



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 119. Ulterior progressus controversiæ de Ritibus Sinensibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. Capervariam arcem, necnon Strip
 A. C. 1706. nium, quam urbem Ragotsiani de
 tione cepere, altero die recuperavit
 Rebelles quoque Sopronii obsidione
 a milite Cæsareo civibusque iterato
 pulsi, solvere cogebantur, ut vero
 lum majoribus viribus redintegrare
 suppetias a Turcis petebant, quas
 men Sultanus, ne violatæ pacis a Cæ
 sare postularetur, non modo eis de
 gavit, sed etiam de eorum petitione
 suaque repulsa Imperatorem certior
 reddidit. Denique seditiosi in vari
 Cæsaris ditiones excurrentes, tam
 humana ac promiscua barbarie festi
 bant, ut duodecim Regni Comitatus
 hucusque rebellibus faventes in ipsi
 quoque Ragotsium arma vertere
 cernerent.

§. CXIX.

*Ulterior progressus controversia
 Ritibus Sinensibus.*

*Epist. Cle-
 ment. XI.
 pag. 333.
 Vid. supra
 pag. 319.*

Quantumvis P. Lainesius Romæ
 lum non moveret lapidem,
 Turnoniani decreti executionem pro
 pediret, nihilominus Clemens Pontifex
 rematurius pensata, cuncta, quæ
 nonius hac in re egisset, ipsiusque
 cretum per S. Inquisitionis officium
 anno die septima Januarii approbatum
 Ver

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

Verum horum Rituum Assertores & præcipue Goanus Archiepiscopus ex Religiosis Missionariis quosdam instigavit, ne Tournonii decreto ac mandatis obtemperarent, quo comperto Pontifex die trigesima Octobris ad eundem Archiepiscopum has dedit literas: „Per-
 „spectum esse Fraternitati tuæ arbitra-
 „mur, quod nos ab ipso nostri Pon-
 „tificatus exordio intelligentes deman-
 „datam esse nobis omnium Ecclesiarum
 „solicitudinem, curas, cogitationes-
 „que nostras converterimus ad Christi
 „fideles in remotissimis istis Indiarum
 „Orientalium partibus agentes, quos
 „præ cæteris speciali aliquo paternæ
 „nostræ charitatis testimonio dignos
 „esse duximus, ac propterea vias, ra-
 „tionesque nobiscum coram Deo ex-
 „pendimus, quibus eorum spirituali
 „solatio, bono, atque saluti consulere
 „valeremus. Decrevimus itaque vene-
 „rabilem fratrem Carolum Thomam
 „Patriarcham Antiochenum spectatæ
 „apud omnes, probatæque nobis pie-
 „tatis, prudentiæ, ac Doctrinæ Præsu-
 „lem cum amplissimis Visitatoris Apo-
 „stolici, nostrique etiam & hujus sanctæ
 „Sedis de latere Legati facultatibus per
 „istas partes usque ad Sinarum impe-
 „rium ablegare, quod & subinde per-
 „fecimus, confisi hoc singulare nostri

Gg 2

„iu

Sæc. XVII. „in fideles istos amoris argumentum
 A. C. 1706. „arctiori quodam Christianæ charitatis
 „tis, & filialis devotionis vinculo ob
 „stricturum esse eorum voluntates esse
 „sanctam Romanam Ecclesiam, a qua
 „tanquam amantissimæ omnium Eccle
 „siarum, omniumque fidelium Mater
 „ac Magistra, per Ministerium nostrum
 „se diligi, præ oculis haberi, fovendi
 „que, vel ex hoc facile nosse poteramus
 „incendendum autem esse ipsorum esse
 „ga nos, atque Apostolicam hanc
 „dem studium, & obsequium, eorum
 „præsertim ope sperabamus, qui
 „storale in istis partibus officium gerentes,
 „tes, debent oves sibi creditas in
 „tate Domini gregis continere, esse
 „demque ad excolendam Ecclesiasticam
 „cam ac Pontificiam auctoritatem
 „cum qua Episcopalis dignitas, ac
 „testas adeo conjuncta est, omni
 „dio hortari, atque excitare. Verum
 „præter omnem expectationem nostram
 „accidisse audivimus, quod illi ipsi
 „maxime omnium præclaram hanc
 „casionem promovendi spirituale
 „num populorum alaciter suscipere
 „buissent, eam minime omnium
 „plexi sint, & quod nonnulli ex
 „giosis viris, qui sacris missionibus
 „istis partibus dant operam, suæ
 „sensionis, sui que instituti immemorati

„scandali, pravique exempli materiam **Sæc. XVII.**
 „hoc ipso salutari tempore præbere non **A. C. 1706.**
 „dubitaverint. Dolendum vero est in
 „hoc graviter deliquisse quosdam ex
 „ordine Fratrum minorum S. Francisci
 „Capuccinorum nuncupatorum, qui
 „in civitate Madraspatani commoran-
 „tes, cum non ignorarent munus, ac
 „facultates, quibus idem Patriarcha
 „a nobis late erat instructus, Pudyche-
 „rium tamen, ubi ille opportunitatem
 „transmittendi ad Sinarum imperium
 „præstolabatur, adire, ut opus erat,
 „absolvendi cujusdam Judicii gratia
 „etsi sæpius ab eo vocati, monitique
 „sub pœna suspensionis, ipso facto in-
 „currendæ, renuerunt, ac interim sa-
 „cra publice facere, non sine gravi
 „Christiani populi offensione non sunt
 „veriti, latamque subinde in ipsos
 „ab eodem Patriarcha excommunica-
 „tionis sententiam non reformidave-
 „runt, foveri profecto non merebatur
 „tam manifesta eorum contumacia, sed
 „partes erant Catholicorum Antistitum
 „justo Zelo in hac causa incendi, ac
 „curare, ut qui sacris interdicti erant,
 „redirent ad cor, ac intelligerent, se
 „non prius expiari posse, quam veniam
 „ab ipsomet Patriarcha, vel a nobis
 „facti humiliter pœnitentes obtinerent.„

Sæc. XVII. Uberius etiam ejusmodi querela
 A. C. 1706. effudit Pontifex in suis literis eadem
 die ad Meliaporensem Episcopum de-
 tis, hæc perscribens: „Seriem earum
 „rerum, quæ in istis partibus eo tem-
 „pore contigerunt, quo Venerabilis
 „Frater Carolus Thomas Patriarcha
 „Antiochenus Pudycherii morabatur
 „profecturus ad Sinarum imperium, quæ
 „nos ipsum cum amplissimis Vilitatibus
 „Apostolici in partibus Indiarum orien-
 „taliū, nostrique etiam, & hujusmodi
 „sanctæ Sedis de latere legati facultatibus
 „ablegavimus, tum ex literis, quibus
 „fraternitas tua ex sancto Thoma de
 „Meliapor die undecima Januarii præter-
 „xime elapsi millesimi septingentesimo
 „quinti ad nos dedit, tum ex multo-
 „rum scriptis, publicoque rumore cognovimus,
 „quibus auditis fieri non potuit, quin multa
 „amaritudine repleretur cor nostrum, nam, qui ubi
 „rem nobis fractum in spirituale consuetudinem
 „modum istorum fidelium pollicetur, ex hujusmodi
 „profectione, quam idem Patriarcha Pontificiæ
 „nostræ sollicitudini, charitate, ac Zelo præstare
 „singulari obsecutus, susceperat, merito
 „lestissime tulimus, parta esse hac ipsa
 „tam præclara occasione gravia seculi
 „dala ab iis ipsis, in quorum operibus
 „atque præsidio ad promovendam ad
 „maritima

„marum salutem spes utique magna Sæc. XVII.
 „constituenda videbatur, & sane mi- A. C. 1706.
 „rum, ac dolendum est inter ipsos ope-
 „rarios vineæ Dominicæ fuisse quos-
 „dam severioris etiam disciplinæ, ac
 „instituti Professores, qui cum probe
 „scirent, qua dignitate insignitus esset
 „idem Patriarcha, quove munere apo-
 „stolica nostra authoritate fungeretur,
 „sui nihilominus status debique erga
 „nos cultus & obedientiæ immemores,
 „ejus mandatis parere palam detrecta-
 „verint, evocatique ab eo sæpius, ac
 „moniti sub interminatione spiritua-
 „lium gravissimarumque pœnarum, ut
 „Pudycherium profisciscerentur, malue-
 „rint tueri seipos Acatholicorum præ-
 „sidio, quo minus eo pergerent, quam
 „ad ipsum Præfulem eos compellantem
 „accedere, quin etiam pœnas ipsas,
 „per quas, nisi paruissent, a sacrorum
 „ordinum exercitio, & ab Altari arce-
 „bantur, sacris temere operantes con-
 „tempserint, ac demum præsumpte-
 „rint posse se beneficium absolutionis,
 „post latam adversus eos excommuni-
 „cationis sententiam ab aliis, quam a
 „nobis, vel ab eodem Patriarcha, qui-
 „bus tantum hujusmodi facultas re-
 „servata fuerat, obtinere: intelliges
 „itaque pro spectata tua pietate, &
 „sacrarum rerum, Ecclesiasticarumque

Gg 4

„legum

Sæc. XVII. „legum peritia, quam læsa fuerit per
 A.C. 1706. „hujusmodi inobedientiam ac contumaciam dignitas atque autoritas
 „stra, & quam graviter agendum sit et
 „præscripto sacrorum canonum adve-
 „sus hujusmodi delinquentes, & re-
 „fractarios homines, nisi respuerint
 „seque ipsos Ecclesiasticæ potestati, ac
 „que obedientiæ, ea, qua par est, au-
 „mi demissione, admissorumque dolores
 „subdiderint. Ut itaque aditus misericordie,
 „ricordiæ, si modo ea se dignos præ-
 „bere curaverint, ipsis pateat, quod
 „nos pro lenitate, & charitate Apostolica Christi Domini exemplo curare
 „primis debemus, post totam causam
 „diligenter expensam, & postquam con-
 „pertum nobis fuit eos Ecclesiasticis
 „censuris vere obstrictos esse, in nihil
 „suffragante ipsis absolute a Venerabili Fratre Archiepiscopo Goano, live
 „a quovis alio nulliter obtenta, non
 „prætermisimus eundem Venerabilem Fratrem Patriarcham Antiochenum
 „hortari, ut quatenus Religiosus vir Michael Angelus Turonensis ex ordine
 „fratrum minorum sancti Francisci Capuccinorum, qui vocatus, ut præfere-
 „tur, ac monitus obsequi neglexit, facti poenitens absolvi ab excommuni-
 „cationis sententia in eum lata, & se-
 „cum dispensari super irregularitate

„contracta humiliter postulaverit, præ-
 „via salutaris pœnitentiæ impositione, Sæc. XVII.
A. C. 1706.
 „petitam absolutionem, & dispensatio-
 „nem eidem misericorditer impertia-
 „tur, dum tamen ille a civitate Ma-
 „draspatani, nisi aliter idem Patriar-
 „cha expedire in Domino judicaverit,
 „subinde discedat. Interim vero ne
 „præfatus Michael Angelus absolutio-
 „nis solatio, si eo se dignum præstitit,
 „diutius destituatur, fraternitati tuæ,
 „de cujus Zelo, ac pietate admodum
 „confidimus, facultatem hisce nostris
 „tribuimus, absolutionem, & dispensa-
 „tionem, ut præfertur, ad tempus
 „tibi bene visum, cum reincidentia
 „tamen, ac impositis pariter salutaribus
 „pœnitentiis, eidem Religioso viro
 „Michaeli Archangelo Turonensi, e-
 „tiam per superiores ordinis benigne
 „impertiendi. Quod item servari a te
 „volumus cum aliis ejusdem ordinis
 „Religiosis viris, si qui forte sæpe dicti
 „Patriarchæ mandatis ante, & post
 „ejus discessum a Pudycherio obedire
 „neglexerint, prout nos dilectum filium
 „Religiosum virum Eusebium Burgen-
 „sem dicti ordinis, qui ob eandem
 „causam ad nos ex Madraspatano sup-
 „plex, ac dolens accessit, absolutionis
 „& dispensationis gratia, quam humi-
 „liter petiit, imposita ei pœnitentia sa-
 „lutari,

Gg 5

„lutari,

Sæc. XVII. „lutari, Apostolica benignitate soluti
 A. C. 1706. „sumus. Quod attinet ad sacerdotem
 „Paulum de Sa, quem ob recursum
 „ad Judices laicos, aliisque de causis,
 „constat ab eodem Patriarcha excom-
 „municatum fuisse in causa coram
 „ipso inter dilectum filium Religiosum
 „virum Guilielmum de Valle Congre-
 „gationis Clericorum Regularium Theo-
 „tinorum nuncupatorum, ipsumque sa-
 „cerdotem Paulum de Sa, cum eum
 „censuris prius absolutum, & supra
 „impedimento irregularitatis dispen-
 „tum, prævia renuntiatione præfati re-
 „cursus nulliter facti, ac injuncto præ-
 „cepto parendi mandatis Ecclesie
 „senta ejusdem Guilielmi de Valle
 „sentia, habilitandi, & inducendi in
 „possessionem Parochiæ Gondeluri
 „in Domino tribuimus facultatem,
 „quibus omnibus scire te volumus
 „peculiarem rationem habuisse tibi
 „monii, atque judicii per te ejusdem
 „tuis literis ad nos delati.”

§. CXX.

*Turnonii Legati Apostolici gesta,
 vexationes perpeffa.*

*Relat. de In-
 perf. de la
 Chine p. 25.*

Interim Turnonius Mense Februario
 Neophytis officii causa sæpius
 sebat, quos gravibus oppido ver-